



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

13. Junii. Persecutio flabellum est, quo virtus nostra excitetur, si illa, quod absit, deficiat, marcescet inde, nec rite munere suo perfungetur. S. Ignat apud Corn. à Lap. in prophet. ma. c. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



Omne momentum nostræ felicitatis patientia est, magnum domesticæ pacis sacramentum, asylum securitatis, præcol caduceus felicitatis. Feramus patientiam quæ mutare non possumus.

Quemadmodum nihil frequentius quàm pati, nihil pariter magis necessarium patientiâ. Hæc commune malorum omnium medicamentum, quâ velut dictamini cervi, expellimus aciem, ferrumque malorum.

Nec minimam artem puta patientiam. Compendio quodam se à dolore & suppliciiis tam vitæ, quàm hostium liberat, qui pati novit. Invulnerabilis animus solâ patientiâ. Meliora spera.

### 13. Junii.

*Persecutio flabellum est, quo virtus nostrâ excitetur, si illa, quod absit, deficiat, marcescet inde, nec rite munere suo perfungetur. S. Ignat. apud Corn. à Lap. in prophet. ma. c. 13.*

**P**ersecutio, quantò insistit gravior, tantò nos in virtute solidiores facit, non secus, ac validiores venti urgent arborem, ut profundiores in terram radices mittat.



Illam nempe sollicitos nos facit, ne in nobis  
inveniatur aliquid, quod jure persecutio-  
nem mereatur.

Continuus hominum favor, & commu-  
nis applausus facile animum inflat, & im-  
memorem facit officii. Bonum mihi Do-  
mine! quia humiliasti me.

Dum nos odit mundus, maximè bene-  
facit, dat enim occasionem meriti, virtutis  
exercitium: causam offert, ne ametur, ut  
despiciatur.

Si nulla nobis in hominibus spes, cogis-  
mur omnem in Deum transferre: illis dum  
nos displicere advertimus, monemur, ut  
Dei favores conemur promereri.

### 14. Junii.

*Domine, ecquid ego volo? aut quid velle pos-  
sum extra te? S. Ignat. apud Ribaden. l.*

s. c. l.

**C**or hominis parvum est, magna ta-  
men desiderare potest. Votis ejus  
mundus totus non sufficit; capacem quip-  
pe Dei animum, quidquid Deo minus est,  
non explebit.

Fluxa omnia, & instabilia sunt, nisi cor  
immobili affixeris, continuo fluctuabis.

H

An-